

62. Olla mortis patescit

Piae Cantiones 1582

Anonymous

1. Ol - la mor - tis pa - te - scit quam vi - dit Ihe - re -
mi - - - - as: Cle - ri sta - tus vi - le
scit sper - nen - do Scho - lae vi - - - - as.
Scho - la no - la vir - tu - tis, tu - tis clan - ge - scit mo -
ri - bus, quo sper - nunt, cer - nunt lu - ctum, fru - ctum
per - dunt cum flo - ri - bus.

2. Linquunt Scholas Scholares iam spreta disciplina,
Doctis apparent pares, parva docti doctrina,
Artes, partes postponunt, praeponunt aulizare,
Qui scit parum quid scribere, aere se vult ditare.
3. Apostata infestus, ut suos plus molestat,
Aulae scriptor molestas sic et clerum infestat,
At cura praelatura aulizantes exaltat,
Provectos vita rectos, hos honor iam persaltat.
5. Virgam vidit Propheta praefatus vigilantem,
In Scholis quae est spreta per mentem arrogantem,
Curas duras despiciunt, sciunt vix la, sol, fa, re,
Statim gradum sic sitiunt, fiunt astantes arae.
6. Vitae via vitatur, dum clero deviatur,
Pro libris trupha datur, taxillis disputatur,
Tales quales hi regunt, degunt arte solertes,
Heu lex, quam grex insignis, dignis praefert inertes.
7. Sors Dei extat clerus ex Scholis procreatus,
Ut sit votis syncerus, orat pro vulgo gratus:
O Christe pie Domine esto clero solamen,
Ut hi qui tibi militant, vitent dirum examen.